



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum  
arguerit. cxvii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



misit, quanto tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, nec pedes lauabat, nec eleemosynam fecerat, tanto tempore pleniter in pane & aqua, si non emendet, pœniteat.

*Ut clerici superflua pauperibus erogent.*

Caput CXVI.

Clericus habens superflua, donet ea pauperibus. Sin- *Ex eodē*  
 autem, post pœniteat tempore quo uiuat, in contri-  
 tione, in pœnitentia remotus uiuat.

*De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. Cap. CXVII.*

Qui peccatum imputando fratri imponit, prius- *Ex eodē*  
 quam seorsum arguat eum, satisfaciens ei, tres dies  
 pœniteat.

*De illis qui diu reticent peccata sua. Cap. CXVIII.*

Sciendum verò est, quanto quis tēpore moratur in pec- *Ex pœni-*  
 catis, tanto ei augenda est pœnitentia. *tēntiali Be-*

*De illis qui aliquem in ira percusserint.*

Caput CXIX.

Siquis alium per iram percusserit, & sanguinem effude- *Ex cōcil.*  
 rit, si laicus est, XX. dies pœniteat: clericus, XXX. Illi *Rotoma.*  
 autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus *cap. 9.*  
 sex menses. Presbyter vnum annum. Episcopus duos annos  
 & sex menses.

*De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, vo-  
 lentes eum occidere, sed non potuerunt.*

Caput CXX.

Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum *Ex pœni-*  
 occidere tres hebdomadas pœniteat. Si clericus fue- *tentia i*  
 rit, sex menses: quòd etsi vulnerauerit, XL. dies. Si clericus *Romano.*  
 clericum, annum totum, sed & pecuniam pro modo vul-  
 neris cui inflixit, tribuat.

*De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est  
 ad mortem. Cap. CXXI.*

Qui reticuerit delictum fratris quod est vsq; ad mor- *Ex pœni-*  
 tē, neq; eū corripuerit, iuxta regulā euangelicā, pri- *tentia i*  
 mō inter se, & ipsum solū, deinde inter alios, de *Theodo.*